Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



201

Ture matrei; Otto et Hermannus fratres de Tann, Rutgerus filius Domini Rutgeri de Mattrei, cives de Insprugg. D. Henricus Spisanus, Conradus Summarius. ---

131) Burglehner f. III, l. 1, v. Thurn zu Gluns: Zu obrist der Statt Gluns ist ain Thurn darinnen ain Behausung, so von den Schidmanischen auf Harsen Freilich khomen ist. Mehr ain Thurn vnd Behausung daselbst, so den Trappen von Burg gehörig, vnd Oesterreichisches Lehen ist. Graf Meinhard vnd Albrecht in Tyrol liehen zu Lehen den Thurn zu Gluns Vlrichen von Gluns 1250. Der Lehenbrief ist dat. auf das Graner von Mosburg Hof, den Mayo Olt bawt. Zu disem Thurn gehört ain Hoffstat vnd Garten. Vtra furris doc loco intelligenda sit, nescio. Cur autem Meinhardus genero[rosi] proponitur Alberto socero? Ratio forta[sse] apparet, si instrumentum ipsum liceret inspicere. Interim puto, id vel scriptoris aut descriptoris incuria factum, vel hospitis honorandi gratia Meinhardum fuisse propositum.

133) Vide supra ad c. V Add. 146. Quidam, cum Martinus Polonus a Manfredo filio ipsius spurio Fridericum cum filio ori appresso erectum tradunt: alii vero eo sublatum mentiuntur. Albertus Stadensis ad an. 1250: Obiit autem circa eadem tempora, Princeps mundi maximus Fredericus, stupor quoque mundi et admiratio mirabilis, absolutus a sententia qua innodabatur, assumpto, vt dicitur, habitu Cisterciensium, et mirifice compunctus et humiliatus. Obiit autem die Sancta Lucie. Matth. Parisius ad an. 1251: Fridericus videns mortem suam indubitanter imminere, contritus pro peccatis suis confessionem fecit plenissimam cum lachrymarum vberitate se Deo commendans et ordini Cisterciensi, vnde habitum Cisterciensium ante mortem, vt nobis suorum fidelium pateficit certa relatio, humiliter ac devote suscepit. Et quia mors in[?] ribus erat, quidam Episcopus ex parte Dei, qui neminem in se credentem vult perire, ipsum satisfactionem promittentem absolvit. Idem Auctor testamentum Friderici II Imp. tale recitat, hujus tenoris: Ego Fridericus imprimis relinquo pro anima mea, centies mille vncias auri pro Terra Sancta Sanctae Romanae Ecclesiae recuperanda, et exponenda ad voluntatem filii mei Conradi. Item volo, quod omnia mala ablata restituantur. Item omnes captivos de Imperio et Regno relinquo liberos, exceptis proditoribus tantum. Item relinquo totam terram Ecclesiae liberam et volo, quod intra Ecclesiae restituantur. Item, meum haeredem relinquo Conradum in Imperio Romano, et Regno Siciliae. Item relinquo filio meo Henrico Regnum Hierosolymitanum, et decem milia vncia[rum], secundum voluntatem Conradi filii mei. Item nepoti meo, scilicet filio filii mei Henrici, relinquo Ducatum Austriae, decem milia vncia[rum] auri. Item Manfredum filium meum, relinquo Bellum Conradi in Impe-

132) Ughellus Ital. sac. t. V ex Reg. Vat. f. 26; recitat Epistolam Innocentii IV.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Egidio Episcopo indubitato, et Brunoni electo Brixinensi etc. Cum te frater Episcope de Brixinensi ad Tridentinensem Ecclesiam duximus transferendum, ac te fili electe praefecerimus Ecclesiae Brixinensi, quia bona Tridentina Ecclesiae sunt per inimicos Ecclesiae occupata, nos de F. N. consulte ordinamus, vt tu fili electe duo de cunctis quae fuerunt Ecclesiae Brixinen. tu vero frater Episcope reliqua et ineatis, ac dividatis inter vos aequaliter, deductis castrorum ipsorum expensis utriusque Episcopatus proventus, donec tu frater Episcope castra, villas, et bona Ecclesiae tuae recuperare valeas, et pacifice possidere. Datum Lug. 6. Id. Novembris Anno 8.

De genere Brunonis vide ad c. XII Ad. 1.

Is hoc eodem anno monasterio Wilhinensi confirmavit donationem ei factam a Heinberto Episcopo Brixinensi. Acta sunt haec Anno Dom. 1250 quarto Kalend. Octobris in Castro Sabione. Diplomatis apographum vidi.

(vel Entio nobis)

(item nobis)